

*Tillea erecta*. Sed tuum specimen valdè crassum est.

*Triticum monococcum* crescit ex tuis seminibus in Horto, sed vix maturescit.

Lichen, ex quo *pulvis cyprius* Monspeliï paratur, est *Lichen prunastri*. *Spec. pl.* 1187, n° 39, idque absque omni controversiâ. Nostrates ex Angliâ reduces dicunt etiam pulverem cyprium ex hoc museo parari, quod et in *Florâ Suecicâ*, Edit. 2<sup>da</sup>, annotavi.

Plantula montis *Esperou* est fortè *Thesium Lino-phyllum*, sed exemplar minùs perfectum; observes ulterius nùm pedunculi s. ramuli laterales non ex ipsis alis foliorum proveniant, sed quasi è basi ipsius folii; tum certò erit hoc.

Umbellata foliis latis pinnatis est *Althantanta servaria*; *Spec. plant.* 1194.

Miror utrùm *Aranea* fratris tui \* sit illa quam descripsi in *Itinere Gotlandico*, p. 251, aut in *Itinere Ælandico*, p. 125.

De *Piceâ* rectè habes; ego erravi; sed vix corrigere possum.

Gradus caloris ad fluvium Amazonum est hyeme,

---

\* Il s'agit ici probablement de l'Araignée maçonne de l'abbé de Sauvages, appelée plus tard par tous les naturalistes *Aranea* ou *Mygale Sauvagesii*.